



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

LXIV. De erectione Confraternitatum Congr. Doctrinæ Christianæ in Gallia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majori sub Annulo Piscatoris die XXII. Septembris MDCXCV. Pontificatus nostri Anno Quinto.

humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Praepositorum, qui relatione Venerabilis Fratris Nostri Palatii Episcopi Praenestini ejusdem S.R.E. Cardinalis de Alteriis nuncupati dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Prorektoris sibi super praemissis factam, & dilectum filium modernum Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis audiverunt, consilio, praesertim Statutum auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervernerint, supplemus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

LXIII.

Confirmatur Decretum Capituli Gen. circa electionem extra Capitulum Prioris, vel Diffinitoris Generalis Congregationis Hispaniae FF. Carmelitarum.

Extant alia Decreta pro pace in hos Religiosos servanda Constit. edit. 1692. Novemb. 22. Pont. 2. & aliud Decretum circa pecunias pro Provincia Rom. Clemen. XI. Constit. edit. 1710. Septem. 26. Pont. 10.

Dat. 8. Oct. 1695. An. 5.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Causa d. Decreti.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Josephus a Sanctissimo Sacramento Procurator Generalis Congregationis Hispaniae Fratrum Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo Excalceatorum, quod cum in Congregatione praefata juxta ejus Constitutiones a Sede Apostolica approbatas Diffinitorium Generale ex Priore Generali, sex Diffinitoribus Generalibus componatur, in eventum vero, quo intra tempus, quod ab uno Capitulo Generali ejusdem Congregationis ad aliud intercedit, mors, seu vacatio ipsius Prioris Generalis, seu alicujus ex Diffinitoribus Generalibus praefatis sequatur, electio Vicarii Generalis, seu Diffinitoris subrogandi usque ad futurum Capitulum Generale juxta Constitutiones praefatas, ad Religiosos in eodem Diffinitorio Generali superstitites pertineat, eoque casu facile contingere possit, ut Diffinitorio hujusmodi ad sex personas redactio, Vota, seu suffragia in aequales partes dividantur, ac propterea electio concludi nequeat; ideo ad tollenda quaelibet inconvenientia, quae exinde oriri possent, in tribus Capitulis Generalibus ejusdem Congregationis successively, ac praesertim in novissime celebrato anno 1694, editum fuit, ac juxta eandem Constitutiones vim legis obtinuit, Statutum tenoris, qui sequitur, videlicet--In casu, quo in Diffinitorio facienda sit electio Vicarii Generalis aut Diffinitoris Generalis, & sex Vota Diffinitorii compariantur divisa in aequales partes, & ob divisionem impeditur procedere ad electionem, aut post illam sequutam, permanent pariter divisa in aequales partes, aut ad effectum habendi electionem pro legitima, aut illam confirmandi, determinatum fuit, ut in quocumque ex istis casibus in tres pro septimo Voto decisivo Pater Provincialis antiquior in professione inter eos, qui terminarunt suum Officium triennio immediate antecedenti, in cujus defectum, aut eo impedito Provincialis, qui subsequitur, qui expectetur, ut cum Votis inaequalibus dubium decidatur, quique expleta ista functione non habeat ulterius Votum in Diffinitorio.

Decretum Capituli Gen.

Preces Procuratoris Generis.

§. 1. Cum autem, sicut eadem Expositio subjungebat, dictus Josephus Procurator Generalis, Statutum hujusmodi, quo firmiter subsistat, & servetur exactius, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiti plurimum desideret: Nos ipsum Josephum Procuratorem Generalem specialis favore gratiae prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc

§. 2. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis Hispaniae, & Ordinis praefatorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inserentibus, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem proferri fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majori sub Annulo Pisc. die VIII. Oct. MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Extenditur Constitutio Innoc. XI. de erectione Confraternitatum Congregationis Doctrinae Christianae in Gallia.

LXIV.

Hac Constitutio edita fuit 1688. Aug. 28. P. 12.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Josephus Bellisen, Procurator Generalis Congregationis Doctrinae Christianae in Gallia quod alias fel. rec. Innocentius PP. XI. praedecessor noster per quaedam suas in simili forma Brevis Literas die 28. Augusti 1688. expeditas, ut in singulis Civitatibus, Oppidis, seu locis ejusdem Galliae, in quibus dicta Congregatio Domos tunc habebat, seu de cetero habuisset, una Confraternitas

Epilogus Constitutionis, qua concessa fuit regulis erigendi dd. Confraternitates, ubi Congregatio domos habet.

ternitas

ternitas Christifidelium utriusque sexus sub eadem denominatione Doctrinae Christianae de Ordinariorum locorum respective licentia erigi, ac ipsius Confraternitatis sic erectae Confratribus, & Confororibus pro tempore existentibus, quod omnibus, & singulis Indulgentiis, ac peccatorum remissionibus a rec. me. Paulo PP. V. pateriter praedecessore Nostro Archiconfraternitati ipsius Doctrinae Christianae de Urbe concessis, uti, frui, potiri, & gaudere, libere, & licite respective possent, & valerent, sub certis modo, & forma tunc expressis auctoritate Apostolica concessit, & indulgit, ac alias prout in praefatis Innocentii praedecessoris Literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inferro haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Causa Extensionis.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, saluberrima eiusmodi Confraternitatum Institutio, qua Christianus Populus ad Sacram Catechesim pro Catholicae fidei rudimentis addiscendis evocatur in iis locis, seu Parochiis, in quibus Christifideles, utpote rudiores majori indigent instructione suum fortiri nequeat effectum eo quia nimirum in illis Congregatio praedicta Domo non habet. Nobis propterea dicitur Josephus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces Procuratoris Gen.

§. 2. Nos igitur piis ejusdem Josephi Procuratoris Generalis Votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, & attenta relatione Ven. Fratris Archiepiscopi Avenionensis, super praemissis ad eisdem Cardinales transmissa, Indultum a memorato Innocentio praedecessore, ut praefertur, concessum, etiam ad alia Galliae loca, in quibus dicta Congregatio, tametsi Domo inibi non habeat, Missiones tamen ex speciali fundatione, seu dotatione de praesenti exercet, ac servata in reliquis praedictarum Innocentii praedecessoris Literarum forma, & dispositione, eadem auctoritate tenore praesentium extendimus, & ampliamus.

Extensio dictae Constitutionis ad loca, ubi Congregatio Missiones exercet.

Clausulae.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac Nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de non concedendis Indulgentiis adinstar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in supradictis Innocentii praedecessoris Literis concessa sunt non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut ipsarum praesentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique loco-

rum habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatorum die XVII. Octob. MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Confirmatur Constitutio Inn. XI. qua confirmatur Decretum Card. Protectoris circa executionem alternativam in Provincia Januensis, FF. Minorum de Observ. Reformatorum.

LXV.

Hec Inn. XI. Const. ed. fuit an. 1687. Jun. 12. P. 1. & hic refertur. Hujus Pontificis Const. ed. 1692. Maji 17. P. 1. agitur de alternativa in Provincia S. Nicolai. Et Const. ed. 1698. Oct. 7. P. 8. de alternativa in Prov. Januensis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 7. Jasi. 1696. An. 5.

EX commissi Nobis divinitus Pastoralis Officii debito illa, quae a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris pro felici Christifidelium Divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo manipulatorum statu conservando, illorumque tranquillitate firmiter stabilienda pie, provideque emanasse noscuntur, ut solidiori robore perennent Apostolici muniminis nostri praesidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

Exordium.

§. 1. Alias siquidem pro religiosa quiete Provinciae Januensis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum ad supplicationem tunc existentis Ministri Provincialis Provinciae hujusmodi emanarunt a fel. rec. Innocentio PP. XI. praedecessore nostro Literae in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur videlicet; **INNOCENTIUS PP. XI. Ad futuram rei memoriam.** Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Antonius Maria a Finario Minister Provincialis Provinciae Januensis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quod Venerabilis Frater noster Alderanus Episcopus Portuensis, & S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupat. Religiosae tranquillitati Fratrum dictae Provinciae consultum esse cupiens Alternativam circa electionem ad Provincialatum, caeteraque Diffinitorii Provinciae hujusmodi Officia in tres partes sive Districtus, quibus Provincia ipsa constat dudum in Capitulo Provinciali ejusdem Provinciae, ac per quasdam fel. rec. Urbani Papae VIII. praedecessoris nostri simili in forma Brevis Literas stabilitam, & ordinatam servari, nec quidquam in contrarium innovari, aut attentari sub diversis poenis praecipit, & mandavit per suum Decretum de super emanatum, tenoris, qui sequitur videlicet: Alderanus Episcopus S. Romanae Ecclesiae Cardinalis Cybo Seraphici Ordinis S. Francisci apud Sanctam Sedem Protector, dilectis Nobis in Christo Fratribus modernis, & pro tempore existentibus Ministro Provinciali, Custodi, & Diffinitoribus, caeterisque omnibus Religiosis Reformatae Provinciae Januensis, Salutem &c. Cum alias in Capitulo Provinciali istius Reformatae Provinciae Januensis de consensu vocalium, qui eidem Capitulo tunc interfuerant decretum fuerit, quod in posterum ad conservandam ejusdem Provinciae pacem, & tranquillitatem, ex tribus, quibus ipsa Provincia componitur Districtibus, qui sunt Civitas Januensis, Liguria Orientalis, & Liguria Occidentalis, assumi deberet alternativim Minister Provincialis, itaut uno triennio esset ex uno, altero triennio ex altero dictorum Districtuum, & Decretum hujusmodi fuerit a san. me. Urbano VIII. per suas Literas Apostolicas in forma Brevis datas sub die 29. Martii 1641.

Constitutio Inn. XI.

Decretum Card. Protectoris pro executione alternativae inter tres partes a Capitulo Provinciali, & Urbano VIII. constitutae.